

1. Philistiim autem pugnabant adversum Israel; et fugerunt viri Israel ante faciem Philistiim, et ceciderunt interfecti in monte Gelboe.

2. Irrueruntque Philistiim in Saül et in filios ejus, et percusserunt Jonathan et Abinadab et Melchisua, filios Saül.

3. Totumque pondus prælii versum est in Saül; et consecuti sunt eum viri sagittarii, et vulneratus est vehementer à sagittariis.

4. Dixitque Saül ad armigerum suum: Evagina gladium tuum, et percute me, ne fortè veniant incircumcisi isti, et interficiant me illudentes mihi. Et noluit armiger ejus; fuerat enim nimio terrore perterritus. Arripuit itaque Saül gladium, et irruit super eum.

5. Quod cum vidisset armiger ejus, videlicet quòd mortuus esset Saül, irruit etiam ipse super gladium suum, et mortuus est cum eo.

6. Mortuus est ergo Saül, et tres filii ejus, et armiger illius, et universi viri ejus in die illà pariter.

7. Videntes autem viri Israel qui erant trans vallem et trans Jordanem, quòd fugissent viri israelitæ et quòd mortuus esset Saül et filii ejus, reliquerunt civitates suas, et fugerunt; veneruntque Philistiim, et habitaverunt ibi.

8. Facta autem die alterà venerunt Philistiim ut spoliarent interfectos, et invenerunt Saül et tres filios ejus jacentes in monte Gelboe.

9. Et præciderunt caput Saül, et spoliaverunt eum armis, et miserunt in terram Philistinorum per circuitum ut annuntiaretur in templo idolorum et in populis;

10. Et pesuerunt arma ejus in templo Astaroth, et pendierunt son corpus sur la muraille de Bethsan et sa tête dans le temple de Dagon.

11. Quod cum audissent habitatores

1. Cependant la bataille se donna entre les Philistins et les Israélites. Les Israélites furent mis en fuite devant les Philistins, et il en fut tué un grand nombre sur la montagne de Gelboe.

2. Les Philistins vinrent fondre sur Saül et sur ses enfants; ils tuèrent les fils de Saül, Jonathan, Abinadab et Melchisua.

3. Et tout l'effort du combat tomba sur Saül; les archers le joignirent et le blessèrent dangereusement.

4. Alors Saül dit à son écuyer: Tirez votre épée, et tuez-moi, de peur que ces incircumcisés ne m'insultent encore en m'étant la vie. Mais son écuyer, tout épouvanté de ces paroles, ne voulut point le faire. Saül prit donc son épée, et se jeta dessus.

5. Son écuyer, voyant qu'il était mort, se jeta lui-même sur son épée, et mourut auprès de lui.

6. Ainsi Saül mourut en ce jour-là, et avec lui trois de ses fils, son écuyer et tous ceux qui se trouvèrent auprès de sa personne.

7. Or les Israélites qui étaient au-delà de la vallée de Jersaël et au-delà du Jourdain, ayant appris la défaite de l'armée d'Israël et la mort de Saül et de ses enfants, abandonnèrent leurs villes, et s'enfuirent; et les Philistins y vinrent et s'y établirent.

8. Le lendemain les Philistins vinrent dépouiller les morts, et ils trouvèrent Saül avec ses trois fils gisant sur la montagne de Gelboe.

9. Ils coupèrent la tête à Saül et lui ôrèrent ses armes, et ils envoyèrent par tout le pays des Philistins pour répandre cette nouvelle et pour la publier dans le temple de leurs idoles et parmi les peuples.

10. Ils mirent les armes de Saül dans le temple d'Astaroth, et pendirent son corps sur la muraille de Bethsan et sa tête dans le temple de Dagon.

11. Ceux de Jabès de Galaad ayant appris le

Jabes-Galaad quæcumque fecerant Philistiim Saül,

12. Surrexerunt omnes viri fortissimi, et ambulaverunt tota nocte, et tulerunt cadaver Saül et cadavera filiorum ejus de muro Bethsan; veneruntque Jabes-Galaad, et combusserunt ea ibi;

13. Et tulerunt ossa eorum, et sepelierunt in memore Jabes, et jejunaverunt septem diebus.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — PHILISTIIM AUTEM PUGNABANT ADVERSUM ISRAEL, ET FUGERUNT VIRI ISRAEL. — Quæ hic narratur, omnia eodem penè modo repetuntur postea. l. 1 Paral. c. 10, ex quo sumemus, si qua ad historiam plenam atque dilucidam necessaria fore videntur. Hæc pugna accidit paulò postquam David à Palæstinorum acie digressus est, in quâ ex Israelitide gente nemo fuit, qui non fuerit ab hoste cæsus aut fugatus. Cædes autem maximâ ex parte contigit in Gelboe. In his ceciderunt tres filii Saül, in quem deinde tota Palæstinorum moles incubuit; quem cum tandem assecuti essent sagittarii, ad mortem usque vulnerârunt (1).

VERS. 4. — DIXITQUE SAÛL AD ARMIGERUM SUUM: EVAGINA GLADIUM TUUM, etc. (2). U

(1) VERS. 2. — PERCESSERUNT JONATHAN ET ABINADAB ET MELCHISUA, FILIOS SAÛL. Id Dei consilium factum, ut omnibus filiis Saülis occidis, Davidi viam ad regnum complanaret et sterneret; nam Isoseth, quartus Saülis filius, domi desidens, minùs videbatur bellicosus, et regno tot bellis implicito indoneus. (Corn. Lap.)

VERS. 3. — CONSECUTI SUNT EUM VIRI SAGITTARIUM, ET VULNERATUS EST VEHEMENTER À SAGITTARIIS. Sagittarii illum assecuti, lethaliter vulnerârunt; seu potius, sagittarii aggressi sunt ejus agmen, quod nondum fugerat; et Saül vulnere lethalit confossus est. Hebræus: Sagittarii invenerunt eum jacientes in arcu, et valde vulneratus est à jacentibus. Seu potius: Sagittarii aggressi sunt eum, et ipse territus est valde ab illis. Posteriores hanc versionem probant frequentium interpretum, accipientes ad litteram verba illa Saülis, relata ab Amalecità Davidi: *Tota anima mea in me est*; quare nullo vulnere affectum fuisse regem credunt, cum sibi gladio necem intulit sed nullam meretur fidem testimonium Amalecità, tam multis undique mendacis referunt. Vero igitur propius reputamus, Saülum necem sibi inferre decrevisse, cum se lethaliter vulneratum et privatam spe vivendi post vulnus sensit. Septuaginta reddunt: *Invenerunt eum jaculatores viri sagittarii*, assecuti, aggressi sunt; et vulnerârunt in hypochondria, seu in inferiori ventre, Theodotion pariter: *In regione propè jecur*. (Calmet.)

(2) Verba hæc facta fuisse ad Doegum, qui

traitement que les Philistins avaient fait à Saül,

12. Tous les plus vaillants d'entre eux sortirent, marchèrent toute la nuit, et ayant enlevé le corps de Saül et ceux de ses enfants, qui étaient sur la muraille de Bethsan, ils revinrent à Jabès de Galaad, où ils les brûlèrent.

13. Ils prirent leurs os, les ensevelirent dans le bois de Jabès, et jeûnèrent pendant sept jours.

gentium more regnum administrabat Saül, sic etiam gentium imbibebat spiritus et sensus. Sic enim fecisse legimus illorum aliquos, qui inter gentes magnum sanctitatis atque prudentiæ nomen consecuti sunt, ut ignominiam fugerent, quam vivi et sospites non videbantur declinare posse. Pleni sunt antiquorum Annales illorum exemplis, qui ignobilem vitam cum voluntariâ morte permutârunt, aut servitutem, quam timebant, aut gaudium de suâ calamitate hostium suorum occupaverunt, adacto in sua viscera mucrone. Quos tandem idcirco ita celebravit antiquitas, ac si aliquod desiderium invictæ fortitudinis et animi supra hæc humana sublatis documentum. « Stultitiæ est, inquit Seneca Epist. 70, timore mortis mori. Veni, qui occidat, expecta, quid occupas? Quare suscipis aliena crudelitatis procuratoriem? utrum invides carnis tui, et an parcis? » Hoc postremum spectasse videtur Saül, ne gaudendi Palæstinis occasione præberet, ne illuderent capto, et tractato per ludibrium et ignominiam rege, vile haberetur Hebræorum nomen. Sanè hoc intuebatur, vitareque studebat David, l. 2, c. 1, cum dicebat de Saüle ac Jonathâ premissis: *Notite amnitiare in Geth, neque annuntietis in comitiis Saülis armigerum ageret, credunt interpretes.* (Calmet.)

Justum fuit hoc Dei judicium, ut Saül gladium quæz injustè strinxerat in Davidem, converteret in seipsum. « Gladio, inquit Hugo, et quo Amalecitis contra præceptum Domini peperceraat, c. 15, merito seipsum occidit; » sic qui potestate pro communi utilitate acceptâ, aut non nititur, aut abutitur, suo se et eorum gladio confodit, quo ab hoste defendi debuerat, hostem potius juvat. « Hædo et eorum Amalecità cui peperceraat, occidit se, et Amalecites ipsi diadema abstulit, tulitque ad Davidem. Ita tropol., in hora mortis passionis et vitia, qua in vita occidere et mortificare negligis, te alligent, tibi que decus, pacem, vitamque præsentem et æternam auferent; hi enim sunt nostri Amalecità. (Corn. à Lap.)

Ascalonis, ne forte tententur filii Philisthim, ne exultent filii incircumisorum. Quare ne hanc, quam animo ignominiam conceperat, subiret, domestico maluit, quam alieno gladio jugulum præbere, quasi hoc moriendi genus foret honestius. Meminerat credo Saul, quomodo gens eadem illisset Samsoni, cui effoderunt oculos, et alligatum pistrino molere fecerunt, et denique in Dagonis templo bene pastis et potis ludas et jocus fuit. Hoc ne sibi accideret, anticipata morte prævenit Saul.

VERS. 4. — ARRIPIT ITAQUE SAUL (1) GLA-

(1) *Saul prit son épée et se jeta dessus. La mort de Saul est semblable à sa vie. Il avait irrité Dieu, non seulement par sa première désobéissance, mais encore par les meurtres et les sacrilèges qu'il commit ensuite. Et au lieu de s'humilier devant lui pour fléchir sa colère, lorsqu'il ne voulut point lui répondre sur l'événement de la bataille qu'il devait donner, il alla consulter les démons par cette science infernale de la magie, qu'il avait lui-même condamnée dans tout son royaume. Ainsi, ayant appris de Samuël qu'il devait le lendemain être tué avec ses enfants, cet arrêt fut vérifié dans cette bataille qu'il perdit, et qui fut aussi glorieuse aux idolâtres que funeste et honteuse au peuple de Dieu. Ce prince avait déjà tué son âme par une infinité de crimes; il tue encore son corps, de peur d'être exposé aux insultes des infidèles. Il avait été le meurtrier d'un grand nombre de prêtres et d'innocents; il devient l' homicide de lui-même. Il avait vécu comme un homme rebelle à Dieu, et comme un idolâtre de sa propre volonté, selon l'expression de Samuël; il meurt comme un païen et comme un désespéré. Le Saint-Esprit n'a pas voulu même qu'il nous fût libre de porter de sa mort un jugement mêlé de doute et d'incertitude, après celui qu'il en a fait en termes formels dans les Paralipomènes, où il parle de lui de cette sorte: Saul donc mourut à cause de ses iniquités, ou dans ses iniquités, comme le porte le texte original, parce qu'il avait violé le commandement qu'il avait reçu du Seigneur, et qu'il devait observer; qu'il avait de plus consulté cette femme qui avait un esprit de divination, et qu'il n'avait point espéré au Seigneur. C'est pour cela que Dieu l'a tué, et qu'il a transféré son royaume à David, fils d'Isaï.*

Telle fut la fin de ce premier des rois d'Israël. Dieu a vérifié en sa personne ce qu'il avait dit au prophète Samuël: Je mettrai en honneur ceux qui m'honorent, et ceux qui me méprisent tomberont dans le mépris. Les princes du monde ne daignent pas d'ordinaire faire attention à ce qui regarde les particuliers. L'idée qu'ils ont conçue de leur grandeur les met tellement dans leur imagination au-dessus de tout le reste du monde, qu'ils se persuadent aisément que ce qui arrive au commun des hommes ne les touche pas. Cette pensée néanmoins est aussi fautive qu'elle est pleine de présomption, puisque Dieu déclare qu'il a fait les petits comme les grands, et qu'il est également le père et le juge des uns et des autres. Mais s'ils ont si fort accoutumé leur esprit à se repaître de ce fan-

diem, et irriti super eum. Instabant, credo, Palestini, et jam propè aderant; et nisi statim mortem propterantem ascisceret, acciperet prius hostile ferrum, quam acceptis jam ab hoste vulneribus interiret. Sua igitur manu peragere voluit, quod impetrare non potuit ab armigero: incubuit igitur in gladium, et ut exhalaret infelicem animam, alieno vulnere non indigni.

Hic dubium incidit non leve, quod expeditum necesse est, an ex suo vulnere extinctus fuerit Saul, vel alienam sibi Amalecitarum manum ad extremum illud opus acceverit. Neque levis est dubitandi ratio, cum l. 2, c. 1, statim andiamus, cum jam esset animam acturus Saul, advocatum esse adolescentem illum, à quo perceptus est, et per illius manus adductas fuisse ad Davidem coronam et armillas, quæ fidem facerent illius orationi, et à Saülis æmulo regie necis debitum et non vulgare pretium obtinere. Ita Josephus, et nonnulli ex Hebræorum magistris.

Verumtamen communis est sententia, quo-

tème de leur qualité, qu'ils considèrent au moins cette fin funeste du premier roi du plus illustre peuple du monde; et qu'ils apprennent de cet exemple terrible à craindre les jugements de celui qui leur a mis la couronne sur la tête, et qui la leur redemandera avec leur vie, au moment précis qu'il a marqué dans l'ordre de sa providence et de sa justice. Qu'ils considèrent dans Saul ce qu'ils doivent fuir, et en David ce qu'ils doivent imiter. Et si l'éclat de la majesté qui les environne, et qui les expose à une infinité de périls, les pousse dans le précipice où David lui-même, tout saint qu'il était, n'a pu s'empêcher de tomber, qu'ils ne perdent point l'espérance en Dieu, comme Saul la perdit, et qu'ils imitent ce sage prince qui écoute les remontrances du prophète Nathan, lorsqu'il lui découvre la profondeur de sa plaie, et qu'il se rendit à ses avis comme s'il les avait reçus de la bouche de Dieu même. Car on peut dire de ce prince si grand et si humble dans sa grandeur, ce que l'Eglise dit du premier homme, que sa faute, quoique si criminelle en elle-même, est devenue bienheureuse, puisqu'il l'a réparée avec tant de larmes et par toute la suite d'une vie si pure et si exemplaire. Ainsi il est bien juste que ceux qui auront éprouvé comme lui dans leur chute combien est grande la fragilité humaine, l'imitent aussi dans cette manière admirable avec laquelle il est retourné à Dieu de tout son cœur, et s'est humilié profondément sous sa majesté suprême.

C'est ce que S. Ambroise dit à l'empereur Théodose, qui lui représentait que David, qui était si saint, n'avait pas laissé de tomber dans un grand crime: Si vous l'avez suivi dans son égarement, lui dit-il, imitez-le encore dans sa pénitence. Qui secutus sis errantem, sequere penitentem. (Sacy.)

sibi ferro Saülum attulisse mortem, non alieno. Ita Abulensis in l. 2 Reg. c. 1, q. 5, ubi dicit, hanc esse sententiam communem. Quod hoc modo probat: quia non prius armiger se ipsum interemit, quam dominum suum occisum esse vidit; vidit autem occisum, statim atque in gladium offermatum incubuit, v. 4 et 5. At inter hunc Saülis in gladium incubitum, et adventum, si quis fuit, Amalecitarum, aliquid moræ ex ipso dicendi genere interjectum oportuit. Deinde, quia si viveret armiger, cum advocatus fuit Amalecitarum, non sineret ab illius manu regem occidi. Adde quod si gladio transverberavit viscera, non potuit diu differri mors, neque, credo, id Scriptura sacra tacuisset, cum de Saüle alia minutiora longè tradiderit.

Quid ergo ad verba Amalecitarum? Nihil sanè aliud, quam egregie fuisse mentium, ut à Davide gratiam eo artificio ac simulato studio melius iniret. Ita communiter interpretes, Theodoritus in l. 2 Reg. q. 1, Angelonus, Lyra, Dionysius, Serarius. Et quidem ipsa narratio Amalecitarum probat, ab illo non abuisse mendaciam, quando neque meminuit gladii, in quem Saul morturus incubuit; imò negat id, quod apertè Scriptura sacra docet, super gladium suum incubuisse Saülum. Cum ergo constet illum in re tam apertè fuisse mentium, quid de illius orationis tuendæ fide laborare necesse est? Neque novum est in Scripturâ sacrâ viros etiam justos aliquando mentiri. Quod sub hæc tempora fecit non semel David, et Achis, ut c. 29 dicebamus. Neque Scriptura semper probat illa, quæ ab aliis narrata commemorat, quæ sanè ab illis esse dicta canonica fides est; at esse vera, longè abest etiam ab historicâ fide.

Secundò dubitari posset, an Saül æternam quoque mortem subierit. Negant quidam Hebræorum, qui etiam laudant, quasi aliquid fecerit magnum, cum pro republicâ suæ creditæ fidei egregie pugnaverit, neque in hoc extremo facto peccatum intervenisse putant; quibus aliquo modo Lyra subscribit, et adducit rationes et exempla. Illæ satis videntur infirmæ: hæc non admodum faciunt ad Saülis excusandum peccatum, quia qui seipsum occiderunt, et in Sanctorum habentur numero, fecerunt illud vel divino aspirante afflatu, vel seipso doctum, et cur in seipsum tam severè atrociter, honestam causam habuerunt; neque tam id egerunt, ut privatam effugerent ignominiam, quam ne peccatis, que videbant sibi

proposita, succumberent; sive ut rempublicam aut augerent commodis, aut ab infortuniis liberarent, ut Samson Judic. c. 16. Vide Augustinum lib. 1 de Civit. c. 26 et 27. At quæ causa fuit tam gravis ac pia, quæque Deo potuerit esse grata, quæ rei, à quâ tantoperè recta ratio et ipsa natura rerum abhorret, aliquam posset speciem honestatis obtinere? Oppugnant hanc Hebræorum Lyraque sententiam Burgensis et Abulensis q. 40, quorum rationes omitto, ne longus sim, sicut et illas quas pro Hebræorum sententiâ produxit Lyra. Utrasque tu apud auctores suos vide, quando ad manus habes. Ego duo dico: Alterum, ex quo Saül in ferrum incubuit, satis esse potuisse spatium, ut retractaret animo stultum scleratumque consilium, et peccatum illud ingens inductâ penitentia deleverit. Hoc certum est, neque illa eget confirmatione, quia id Scriptura clamant sæpè et apertissimè. Ezech. c. 18, v. 21: *Sed autem impius egerit penitentiam*, etc., et clamant sæpè doctores ac Patres. Vide Abulensem, q. 10. Verumtamen quando hic conjunctis agitur, et Saülis peccatum in extremo vite articulo legitur, et de illius penitentia nihil audimus, eò inclinamus, quò omnes penè Patres et doctores incubunt, Saülum adacto in viscera micro-næ, non temporariam solum, sed æternam etiam mortem incurrisse. Ita Ambrosius in cap. 9 ad Roman., Hieronymus in Ezechiellem cap. 20; Bernardus serm. 26 in Cant., resurrecturum dicit Saülum, sed non ad vitam.

Et quidem gravissimum hoc esse peccatum non nostri solum, sed etiam externi et sentiunt, et docent. Vide Augustinum l. 4 de Civit. à c. 17, per alla plura. Cicero in Somnio Scipionis docet, retinendum animam in custodia corporis, nec injussu ejus, à quo est datus, ex hominum vita esse migrandum. Quæ de re ibi multa Macrobius, Quod scelus si detestabantur, ut qui sibi manus intulissent, indignos putarent honore sepulture. Sic Plato lib. 9 de Legibus; Aristoteles, Ethic. l. 3, c. ultimo. Quod in suis fabulis expresserunt poetas, dum illos, qui voluntariam mortem oppeterent, sic in inferno constituent, ut nulla inde emergendi potestas detur, aut spes relinquatur. De quibus sic Maro, lib. 6 Æneidos:

Proxima deinde tenent mazæ loca, qui sibi lethum,

Insontes peperere manu, lucumque perosi,

*Procedere animas. Quam vellent æthere in alto
Nunc et pauperiem, et duros perferre labores!
Fata obstant, tristisque palus inabilis undâ
Alligat, et novies Styx interfusa coerces.*
Sanè contra hos *abryzuz* gravissime sunt ab
imperatoribus indictæ leges, et ab Ecclesiâ
non minus graves, quæ hos jubet ecclesiasticâ
carere sepulturâ, et non aliter sepelire, quàm
canes aut asinos.

VERS. 5. — QUOD CUM VIDISSET ARMIGER EJUS,
VIDELICET QUOD MORTUUS ESSET SAUL, IREBIT
ETIAM IPSE SUPER GLADIUM SUUM. Eodem quo
Saul spiritu, ne videlicet aliquam in morte
subiret ignominiam, rogavit Judic. c. 9, Abi-
melec, ut idem faceret, quod à suo item armi-
gero Saul: *Evagina, inquit, gladium tuum, et
percutite me, ne fortè dicatur, quòd à feminâ in-
terfectus sum.* Sed fuit eventus longè dissimilis:
nam ille interfecit regem, et infensas manus à
seipso vulnerando continuit; hic tamen huma-
nior abstinuit à suo rege crudeles manus, et
ne regi suo superstes esset, quod à rege con-
tinuit, in seipsum ferrum crudele convertit.
Plum hoc alicui videri potuit: at certè seelere
non carui: et quod laudârunt tunc, et nunc
etiam malè non accipiunt, qui res expendunt,
non divinâ, ne humanâ atque vulgari trutinâ,
illud Deo gratum non fuit, quia injussu suo
animam de corpore et de suâ custodiâ emi-
grare non vult. Neque ulla apparet causa gra-
vis et honesta, quam in hoc casu planè festo
spectare poverit hic armiger, nisi fortassè
ut regium oppeteret interitum, et laudem
apud suos, et immortalam gloriam obtineret,
quòd vitam regi suo, reique publicæ largitus
esset, et quòd ad mortem usque servasset pie-
tatem et fidem, quam in vitâ constanter eò
usque servaverat. Sed sanè hæc omnia fuere
vanissima, quæ neque spectare poterunt di-
vinum aliquid, neque laboranti, et jam inchi-
nate republicæ subvenire, cum magis, si qua
esset spes illa salutis, vivus, quàm mortuus
prodesse posset occumbenti patriæ. Quare
optimè concludit Abulensis, q. 11, grave ex
illâ voluntariâ cæde armigerum illum admi-
sisse peccatum.

Sanè si hominum judicia consulas, et ex
illorum arbitrata rem totam expendas, dices
hoc opus æternis esse celebrandum encomiis,
sicut alia ob eandem causam æternis videmus
præconiis commendari. Sed aliud præscribit
qui auctor est et conditor vitæ, quam impendi
non vult, nisi ipso jubente; neque tunc jubet,
cum nulla intervenit honestatis ratio, aut pu-

blica commoditas. Exempla occurrunt multa
eorum, qui idèò nunc etiam post secula plu-
rima commendantur et vivunt, quòd amicis,
aut conjugibus mortuis noluerant esse super-
stites. Hos omitto, quia non difficilè studiosis
occurrunt. Illud dicam, quod ex eo quod com-
muniter aut accidit, aut existimatur, dixit
Maro l. 9 de Euryalo et Niso:

*Tua super exanimem sese projecit amicum
Confosus, placidèque ibi demum morte quiescit.
Fortunati ambo, si quid mea carmina possunt,
Nulla dies unquam memori vos eximet avo.*

Quis fuerit hic armiger, incertum est. Qui-
dam audaciùs, quàm littera permittit, Doeg
Idumæum esse putant, qui, ut diximus cap.
22, Sauli aperuit, quomodò à sacerdote David
fuisse exceptus, cujus gratiâ tot fuerunt ex-
tincti sacerdotes. Idèò autem existimant Saule
mortuo superstitem esse noluisse, quia patrono
caruit, cujus auxilio evadere se posse credebat
Davidis gladium, quem propter sacerdotum
eandem offensum sibi magno suo merito arbi-
trabatur. Quare occupavit mortem, quam à
Davidis manu jamjam impendere sibi existi-
mabat. Hæc ex traditione Hebræorum Hie-
ronymus in Tradit. Hebræicis. Sed hæc merè sunt
Hebræorum nuda, neque video cur hæc mag-
is de Doeg Idumæo, quàm de alio quovis ex
Hebræorum genere confingant, nisi quia hujus
nomen ex Scripturâ noverant, aliorum præter
admodum paucos ignorabant. Ego Doeg istum
non militem, aut armigerum, quod eòdem
spectat, fuisse lego; sed rei pecuniaræ, seu
armentariæ præfectum, qui c. 21, v. 7, po-
tentissimus pastorem Saulis esse dicitur, aut,
ut alii legunt, Saulis mularum custos; hoc
verò ministerium longè abest à militari negotio.

VERS. 6. — MORTUUS EST ERGO SAUL ET TRES
FILII EJUS, ET ARMIGER ILLIUS, ET UNIVERSI VIRI
EJUS (1). Propè deleta est unâ die tota Saulis
domus, et universa progenies, quando ex qua-
tuor filiis ex regâ conjuge susceptis, unus
tantum fuit à cæde reliquos Isobeth. Nam ex
concubinâ Resphâ duo alii fuerunt, qui l. 2,
c. 21, in crucem acti sunt. Dicuntur autem
mortui universi viri Saulis, non quidem quot-
quot in exercitû fuerant; nam ex his multo
dicuntur fugisse, sed omnes, qui erant do-

(1) ET UNIVERSI VIRI EJUS, COMITES. Reliquus
enim populus fugâ dilapsus fuerat. Auctor libri
primi Paralipomenon 10, 6, ubi hæc eandem
narrat, scribit: *Interiit ergo Saul, et tres filii
ejus, et omnis domus illius pariter concidit, id
est, famuli, custodes cor poris, domestici, etc.*
(Calmet.)

mestici Saulis, ut viri aulici, qui illi erant
assidui, et à regio latere non recedebant:
milites præterea prætoriani, quibus denique
circa regiam personam vel custodiendam, vel
ornandam, aliquid erat negotii commendatum.

VERS. 7. — VIDENTES AUTEM VIRI ISRAEL, QUI
ERANT TRANS VALLEM, ET TRANS JORDANEM (1). Hi
erant ex tribu Ruben, Gad, et ex dimidiâ
tribu Manasse, qui, ut ex Numer. c. 32 con-
stat, trans Jordanem in Galaaditide et Basa-
nitide regione conserderunt. Qui etiam trans
vallem habitasse dicuntur, quæ propter excel-
lentiam *ἐπιφανιστικῆς* vallis appellatur, quia val-
lis omnium nobilissima. Est autem vallis, ut
suspicor, Engaddi, quæ balsami quæ nobilitate
provenit, et eo nomine maximè illustris (quæ
proxima est mari Mortuo, in quo olim fuere
quinque civitates, et in illis totius mundi ma-
ximæ delicia), et quia hic locus vallis erat,
antequàm civitates illæ coelesti delagarent
incendio, et aquis opplerent mortuis; et
vallis etiam appellabatur, ut constat Genesis
cap. 14, ubi sæpè vallis nominatur *elyphestria*.
Hoc ergo nomen credo retinuisse, etiam post-
quàm fuit à celo percussa: sicut alia multa
nomen retinuerunt antiquum, etiamsi nominis
causa omninò perierit. Isti igitur, qui trans Jo-
rdanem, trans illam nempe regionem Jordanis,
quam vallis occupabat *elyphestria*, quia videbant
Israelitarum castra aut cæsa fuisse aut fugata,
neque ullam tunc in Israele vim esse tantam,
quæ posset Philistinorum viribus utiliter op-

(1) VIDENTES AUTEM VIRI ISRAEL, QUI ERANT
TRANS VALLEM ET TRANS JORDANEM. RELIQUERUNT
CIVITATES SUAS, ET FUGERUNT: VENERUNTQUE PHILIS-
THINIUM, ET HABITAVERUNT INI. Rei utique ma-
tura poscebat, ut Israelitæ, qui erant trans val-
lem Jezrael, ad meridiem et septentrionem
ejusdem vallis, sibi metuentes, urbibus ad-
ibusque suis desertis, fugâ se proriperent. Quæ
tunc vigebat belli disciplina non permittebat,
ut ibi nominis cum vite vel libertatis discrimine
morarentur. Sed cur et transjordanis popu-
lus urbes suas deseruit? Neque enim Philis-
thæos Jordanem transivisse novimus; quin
nec tutus illis fuisset transitus. Reputandum est
igitur, rumorem victi fugatique Saulis tantum
animis injecisse terrorem, ut vel Israelitæ
transjordanis minus tutam in regione suâ mo-
ram arbitrarentur. Panico terrore correpti
sunt, neglectoque annis vado, in montem
terroris exemplum. Populus metu consterna-
tus, primos timoris impetus sequitur. Alii red-
dunt Hebræum, *cis Jordanem*, vel, qui erant ad
vada Jordanem, accipi oportere ut ad Jabitis, de qui-
bus in exitu hujus capituli, relata: quare hos
transjordanos, si cum Saule et Davide con-
ferantur, reverè cisjordanos fuisse. (Calmet.)

poni, deseruerunt urbes, quas in valle colue-
rant, et in tutiora loca commigrarunt, in quas
statim, quia non longe aberant, Palestini suc-
cesserunt. Ubi hoc loco, *trans vallem*, lib. 1
Paralip. cap. 10, est, in *campetribus*. Sed est
prorsus idem.

VERS. 8. — FACTA AUTEM DIE ALTERA VENERUNT
PHILISTINIUM, UT SPOLIARENT INTERFECTOS. Totum
illum diem posuerunt Philistini in cædendis
fugandisque contrariis, quorum multi noctis
beneficio evaserunt incolumes. Ubi verò pri-
mum illuxit, conversi sunt ad castrorum et
caesorum exuvias. Cum autem è caesorum cor-
poribus spolia detraherent, Saulis invenerunt,
et trium stitorum strata cadavera, quæ quidem
ab aliis internoscere difficile non fuit, propter
ornamenta, quæ cum vulgariis non debue-
runt esse communia. Et quia aut aliquot fue-
runt Israelitæ, qui in Palestinorum castris
militaverant, sicut supra, cap. 14, v. 21, fue-
runt cum Palestinis contra Israelitas Hebræo-
rum non pauci; et his Saul et ejus filii, ut
est verisimile, ignoti non erant; aut quia Pa-
læstinorum multi, utpote vicini, cum Israe-
litis familiarem habuerunt usum, qui tam
Saulum, quàm illius filios de facie norant.

VERS. 9. — ET PRÆCIDERENT CAPUT SAUL, ET
SPOLIAVERUNT EUM ARMIS, ET MISERUNT IN TERREM
PHILISTINORUM. Quomodò inimicorum capita
præfixa contis circumferri solent ab hoste
victore, diximus supra, ad c. 17, ubi David
idem fecisse dicitur cum capite Goliath, ad
cujus fortassè exemplum idem fecere Palestini
cum capite Saulis. Circumtulere igitur cap-
ta per populos, ut illos exhiberent, cum
extinctum viderent hominem Palestini nomi-
nis inimicum. Quod item attulerunt ad templa,
ubi major erat hominum concursus, qui et
gratulandi pro victoriâ magno studio atque
frequentè confluxerant. Primo libro Paralip-
omenon additur, caput Saulis in templo Dagonis
esse propositum, ut triumpharet videlicet de
Israelitarum rege; quemadmodum Deî arca
de Dagonis dejecto sæpè, atque contrafacto, cum
magno Palestinorum dolore atque ignominiâ
ante triumpharat. Et quia præcipuus erat Pa-
læstinorum deus, præcipuo dono, capite vide-
licet regio, ornare voluerant. Sic olim idem
populus in Dagonis templum Samsonem in-
duxit, ut quanto prius ille concisus Philisti-
norum plurimis Dagonem contristarât, sic
etiam postea captivus, cæcus, et variis illisus
modis oblectaret. Fecit postea Machabeus lib.
1. cap. 7, v. 47, aliquid simile, cum capti

dextramque Nicanoris suspendit contra Jerusalem, sicut David Goliath caput ante suspenderat, cap. 17, v. 54.

VERS. 10. — ET POSUERUNT ARMA EJUS IN TEMPO ASTAROTH. Mos antiquus fuit non solum apud gentiles, in quibus etiam numerantur Palestini, sed etiam inter religiosos, Deique veri cultores, spolia quaedam in templis suspendere, quae perpetuo praeferrentur aliquam à Deo concessam esse victoriam: sicut etiam acceptae libertatis, instauratae valetudinis, et conservatae vitae extare voverunt in templis, in votis ac muneribus, aeternum monumentum. Sanè quod ad gentes pertinet, mille habemus exempla. De his, qui vel à morbis, vel à tempestatibus, aliisque vitae periculis, deorum, ut ipsi sibi persuaserant, auxilio liberati sunt, est illud Tibull. eleg. 1 ad Isidem:

*Nunc, dea, nunc succurre mihi; nam posse mederi
Picta docet templis multa tabella tuis.*

Cicero lib. 2 de Naturâ deorum: « Tu qui deos putas humana negligere, non animadvertis ex tot tabulis pictis, quam multi vim tempestatis effugerint, in portumque salvi advenierint? » De spoliis in deorum templis eo nomine suspensis, ut illi auctores et auspices existimantur esse victoriae, et illa sint quasi sacra quaedam monumenta, innumera habemus testimonia. Est apud Demosthenem oratione in Niceram hoc carmen, quo Pausanias victoria de Medis reportata, eorum spolia consecravit Apollini:

Graecorum ductor Medos qui perdidit hostes

Pausanias Phaeo consecrat exuvias.

Livius lib. 40: « Tanta spoliarum multitudo fuit, ut non templum tantum Quirini, foris quoque his ornaretur, sed sociis etiam, et colonisque finitimis ad templorum ornatum dividerentur. » Appianus in Annibalicis: « Cum armis egerent Romani, quaesita aliis bellis, et ad decus affixa templis spolia detraxerunt. » Hanc consuetudinem gentibus familiarem indicavit Maro, lib. 7. Encidos:

*Multaque praeterea sacris in postibus arma,
Captivi pendunt currus, curvaeque securae,*

*Et cristae capitum et portarum ingentia claustra,
Spicalaque, clypeique, eroptaque rostra carinis.*
Ex sacris habemus exempla non pauca. Notum est, quomodo David gladium Goliath, et Judith Holophernes conophaeum Domino dedicaverint, ille in tabernaculo, haec in templo. Et quod fecerunt Philistini, ut in templo idolo-

rum Saülis statuerent et consecrarent arma, aliquid etiam fecerant non dissimile supra cap. 6, ubi Arca victorie anos et mures aureos consecrarent. Hoc, aut aliquid simile praecerat Dominus, Numer. cap. 31, v. 28. Quod praestiterunt deinde victores Hebraei ibidem v. 49: *Nos servi tui recensimus numerum pugnantium, quos habuimus sub manu nostrâ: et ne unus quidem defuit. Ob hanc causam offerimus in donariis Domini, quod in prædâ auri potuimus invenire; periscitides, et armillas, anulos, et dextralia, ac mureadas.**

CORPUS VERO Suspenditur in muro Bethsan (1). Hoc regii cadaveris fuit insigne Iudibrium: propositum enim fuit in loco sublimi ac publico, ubi non à civibus solum, sed etiam à praetereuntibus spectari posset; quod cum esset exanime, fœdum, horridum, et tunc jam solum, ac defluens, non poterat esse regio nomini ad contumeliam et toti populo Hebraeorum ad dolorem non gravissimum. Haec summa est suppliciorum ignominia, et quasi dedecoris à lege constitutus cumulus, cum sicarius aut latro, postquam actus est in patibulum, in trivitis propinatur, ut illius ab omnibus spectetur turpitudine et vilitas, et secleratae vitae memoria renovetur. Cum Saülis cadavere suspensa quoque fuisse filiorum corpora ex eo liquet, quod statim viri Jabes de muro Bethsan deposuisse dicuntur non Saülis solum, sed filiorum corpora.

VERS. 11. — QUOD CUM ADUISSET VIRI JABES

(1) CORPUS VERO Suspenditur in muro Bethsan. Legimus in Paralipomenis caput Saülis affixum fuisse in templo Dagon, id est, in templo urbis Azoti. Truncum vero cadaver appensum fuit mœnibus, sive in patibulo super mœnia Bethsan suspensum, vel teste libro 2 Regum 21, 12: *In plateâ Bethsan.* Ut opposita haec inter se conciliantur, cadaver istud suspensum fuisse primò ad mœnia urbis reputandum est, tum in plateâ, unde depositum Jabes rapuerunt; seu notius plateam urbis jacuisse propè portas ac mœnia, ex consuetudine regionis more; quare Saülis cadaver, mœnibus intra urbem suspensum, simul etiam intus in plateâ erat.

SEPELIERUNT IN MEMORE. Hebraeus: *Sub arbore*, vel sub arboribus; in 1 Paralipomenon 10, 12: *Sub quercu.* Locus erat facile propè illorum urbem celebris.

Utrum victoriae hujus Philistaeorum appendix censenda sit deditio Bethsan, urbis ad Jordanem, quae tamen à Philistaeorum ditone longè distabat, ignoro. Jaculat illa in extremâ valle Jezraelis, eamque Chananeam ad usque judicium atatem occupant. Ille autem usurpatam à Philisthaeis cernimus; quod autem tempore illis cesserit, non legitur. David Philisthaeos depulit, cum Salomone rerum potente Bethsan regibus Juda pareret. (Calmet.)

GALAAD. HI SUNT, quos in principio regni sui, duobus ante hunc articulum annis liberavit Saül à Naas Ammonitarum rege; cujus beneficii cum grata esset recensens memoria, ut vicem aliquam rependerent illi, à quo libertatem et vitam accessissent, surrexerunt ex eâ civitate viri fortissimi, et nullâ totius noctis assumptâ quiete, antequam per lucem aliquid ab hostibus impedimentum oriretur, sublata corpora tulerunt in Jabes; et cum detractas ex ossibus carnes, quarum foetorem tolerare non poterant, ibi combussissent, ossa nuda, quibus odor adeò teter non erat, sepelierunt in nemore Jabes. Additur lib. 1 Paralip. cap. 10, sepultum subter quercum, quae erat in Jabes; quae videtur esse aut magnitudine, aut specie nobilis; quasi speciosissimus locus in eo nemore electus esset pro regii sepultura. Ubi absque dubio erecta fuit aliqua aut superba, aut speciosa moles, qualis et regium nomen, et gratos Jabensium, ac liberales animos decebat, licet de his nihil Scriptura sacra tradat. Illis porò temporibus, antequam pro regis corporibus instituta essent pro regii dignitate magnâ mole ac opere magnifica sepulchra, honestissimus locus pro regum ac principum sepultura videtur esse in nemoribus ac lucis, imò et sub quercubus, quemadmodum Saülis cadaver aut ossa postea nuda à Jabesitis condita sunt. Sanè Debbora Rebecca nutrix, Gen. 35, v. 8: *Sepulta est ad radices Bethel subter quercum, vocatumque est nomen loci illius Quercus fletus.* Et in lucis ac montibus condi solita, ibique excitari monumenta et titulos, qualia à Jabesitis videntur ad Saülis memoriam excitata, docet illud lib. 4 Reg. cap. 25, v. 16: *Et conversus Josias vidit ibi sepulchra, quae erant in monte, misitque, et tulit ossa de sepulchris, etc., et ait: Quis est titulus ille, quomodo video? Responderuntque ei cives urbis illius: Sepulchrum est hominis Dei.*

VERS. 12. — ET COMBUSSERUNT EA IBI. Contendit hoc loco Abulensis ex sententiâ Rab. David, carnes principum virorum (nam de vulgaribus cadaveribus alia ratio est) comburi solitas, ne putrescerent, et gravem ex se foetorem emitterent; ossa verò, quae à tabe et vermium libera sunt, mandari sepulturae. Quod probari posse putat ex Saülis filiorumque cadaveribus, quae igne ita dicuntur fuisse combusta, ut tamen ossa fuerint sepulta, quae deinde ex Jabes Galaad in paternum sepulchrum in terram Benjamin translata fuerunt à David, 2 Reg. cap. 21, v. 12.

Haec Abulensis cogitatio non omnino soluta est, quae maximè nititur Saülis exemplo, quem sepultum esse constat, atque combustum. Quod ego neque negare possum, neque videor quomodo iniquam rependerent illi, à quo libertatem et vitam accessissent, surrexerunt ex eâ civitate viri fortissimi, et nullâ totius noctis assumptâ quiete, antequam per lucem aliquid ab hostibus impedimentum oriretur, sublata corpora tulerunt in Jabes; et cum detractas ex ossibus carnes, quarum foetorem tolerare non poterant, ibi combussissent, ossa nuda, quibus odor adeò teter non erat, sepelierunt in nemore Jabes. Additur lib. 1 Paralip. cap. 10, sepultum subter quercum, quae erat in Jabes; quae videtur esse aut magnitudine, aut specie nobilis; quasi speciosissimus locus in eo nemore electus esset pro regii sepultura. Ubi absque dubio erecta fuit aliqua aut superba, aut speciosa moles, qualis et regium nomen, et gratos Jabensium, ac liberales animos decebat, licet de his nihil Scriptura sacra tradat. Illis porò temporibus, antequam pro regis corporibus instituta essent pro regii dignitate magnâ mole ac opere magnifica sepulchra, honestissimus locus pro regum ac principum sepultura videtur esse in nemoribus ac lucis, imò et sub quercubus, quemadmodum Saülis cadaver aut ossa postea nuda à Jabesitis condita sunt. Sanè Debbora Rebecca nutrix, Gen. 35, v. 8: *Sepulta est ad radices Bethel subter quercum, vocatumque est nomen loci illius Quercus fletus.* Et in lucis ac montibus condi solita, ibique excitari monumenta et titulos, qualia à Jabesitis videntur ad Saülis memoriam excitata, docet illud lib. 4 Reg. cap. 25, v. 16: *Et conversus Josias vidit ibi sepulchra, quae erant in monte, misitque, et tulit ossa de sepulchris, etc., et ait: Quis est titulus ille, quomodo video? Responderuntque ei cives urbis illius: Sepulchrum est hominis Dei.*

Alia exempla, quae in suam sententiam adducit Abulensis, minus habent negotii; nam, ut ipse de illorum nonnullis arbitratur, alios habent explicatus non difficiles. Quae autem quomodo explicare atque infirmare aggredior, observo, usitatum esse, ac penè legitimum, in funere maximè nobilitum ad opprimendum molestum halitum, quem ex se caro examinata reddit, ungi solere liquoze nobili ac pretioso cadaver, et cum illo pretiosa quoque aromata cremari. De utroque exempla occurrunt penè innumera tam in sacrâ quam in profanâ literaturâ. De profanâ est illud Virgilio de Miseno lib. 6:

Congesta cremantur

Thurea dona, dapes, fuso crateres olivo.
Apuleius l. 4 Florid.: Jam miseri illius membra
omnia aromatis perspersa: jam os ipsius unguine
odore delibatum. Statius 3 Sylv.:

Quis carmine longo

Exequias et dona malè feratit pompe
Perlegat? Omne illic stipatum examine longo
Ver Arabum Citicemque fuit, floresque Sabari,
Indorumque aratra seges, præreptaque templis
Thura.

Juxta hunc morem Persius satyrâ 6, de hæ-
rede offenso ait:

Sed cœnam foveris hæres
Negliget iratus, quòd rem curtaveris: urnæ
Ossa inœtora dabit.

De sacris est in primis illud Joan. cap. 19, v. 39: Venit autem Nicodemus, qui venerat ad Jesum nocte privatum, ferens mixturam myrrhæ et aloes quasi libras centum. Quod esse quasi legitimum Judæis, docet statim, dum addit: Sicut mos est Judæis sepelire. Et de Asâ, 2 Paral. 16, v. 4: Et sepelierunt eum in sepulcro suo, quod foderat sibi in civitate David; poveruntque eum super lectum suum plenum aromatibus et unguentis meretricis, quæ erant pigmentariorum arte confecta, et combusserunt super eum ambitione nimia. Ex his explicari posse videtur illud Paralip. 2, c. 21, v. 19, de Joram: Mortuus est in infirmitate pessimâ, et non fecit ei populus secundum morem combustionis exequias, sicut fecerat majoribus ejus. Usitatum esse dicit combustionem, et quasi novum aliquid ac novum indicatur, quòd non in regis exequiis combustionis modus servatus sit, cum tamen reges ferè omnes constet non fuisse combustos, sed terrâ mandatos. Hinc, credo, non difficile constat, quid sibi Jeremias velit, cum denuntiat hoc loco Sedecie: Secundum combustiones patrum suorum, etc., sic comburent te: id est, comburentur in tuo funere, regio more ac magnificentiâ, aromata varia, et cadaver tum delibatum unguentis inferetur sepulcro. Neque illud, comburent te, admodum urget, quia Hebræicè, ubi Vulgatus reddidit, te, est *ἵ* fact, in dativo, quasi dicat: Comburent tibi captivi Judæi, aut jam magis peccati atque benigni Babylonii varia aromata sicut aliis regibus, integrâ republicâ, Judæi cremare consueverunt. Quare non cremantur Judæorum cadavera, sed in eorum exequiis et funere thura cremantur, et suffimenta alia. Deinde, quia non rarò alicui tribuuntur illa, quæ magis in illud, quod ejus causâ, aut in ejus honorem et gratiam fiunt, conveniunt.

Quomodò dicitur bibere aliquem, in ejus honorem tot hauriuntur cyathi, quot syllabis ejus constat nomen. Accipe ex multis unum aut alterum exemplum. Martialis lib. 1 Epigrammatum epigram. 39:

Navia sex cyathis, septem Faustina bibatur,
Quingue Lycas, Lyde quatuor, Ida tribus.

Idem esse credo de ferali cœnâ, quæ in mortuorum exequiis porrigebatur iis, qui officii atque honoris gratiâ funus obilant. Sanè ita olim loquebantur Hispani, qui comedi mortuum tunc dicebant, cum feralibus, de more, epulis accumbentibus: sic ergo nunc comburi dici possunt mortuorum cadavera, cum in illorum inferiis aromata cremantur.

VERS. 12. — ET JEJUNAVERUNT SEPTEM DIERES. In funere suorum, aut eorum, in quo benefici esse vellent et grati, solebant Judæi ad alias plures ceremonias penè legitimum adhibere jejunium, tum ut aliquod doloris argumentum ederent, tum ut ea corporis afflictio mortuorum animabus aliquod esset leramentum. Sic sanè fecit David pro Saûle et Jonathâ, cum illorum mortem primùm accepit, 2 Reg. cap. 1, et iterùm pro Ahner 2 Reg. cap. 3. Cur verò septem diebus Jabeis præter aliorum consuetudinem jejunaverint, ac videtur esse ratio, quia multa videbant regium illud cadaver passum esse ludibria, quæ illorum animos agrè admodum affecerant, atque ideò honore illo funebri et septemdiâli addito jejunio reficere voluerunt, quæ illa tanta, tamque publica ignominia detraxerat. Tum etiâ quia illius studio singulari acceptum referebant, quòd liberi et quòd salvi viverent, neque oculi dextri ab Ammonitarum rege forent effossi.

Illic finis est libri primi Regum, quem terminavit, qui animalis vitæ terminus est, nempe mors regis, qui quamdiu divino imperio obsecutus est, nihil tentavit quod non illi succederet ex voto: quando verò suo se cepit arbitrato regere, et suæ prudentiæ diffinitione confidere, infirmata sunt vires, crepta mens, et qui divino dicebatur, diabolico cepit exagitari spiritu, et ex alio in aliud infortunium et dedecus præceps abripi, donec tandem, quo nihil est in hoc mortali statu miserius, in seipsum crudelior fuit, quàm ullus unquam antea juratus hostis. In lib. 1 Paralip. cap. 10, in fine, hujus extremæ calamitatis cause assignantur: ille videlicet, propter quas à regno deturbatus est, quia videlicet quod illi à Domino per Samuelem injunctum

fuerat negotium, non implevit. Et addit extremum illud peccatum, quod proximè, pridè videlicet ante mortem, admiserat Pythonissâ consultâ. Quod genus quoddam idololatriæ fuit, propter quod dicitur non sperasse in Domino, quia id, quod à diabolo spirituque pythonico accepisset, quasi divinum foret oraculum, sibi rei que publicæ futurum arbitrabatur ex usu.

Postremum hoc peccatum mortem videtur accelerasse, quam in aliud fortassè tempus Deus distulisset, nisi peccatorum accessisset hic cumulus, qui signis obrepentem mortem adactis instimulasset aenleis, et ad crastinum à pythonicâ consultatione diem inviasset. Quod indicat littera; indicat, inquam, non suadet, dum ait, enumerato hoc extremo scelere: Propter hoc interfecit eum. Certè cum aliud admisisset simile peccatum Ochosias, illud Dominus morte multavit, 4 Reg. 1: Egrotavit (Ochosias), misitque multos, dicens ad eos: Ite, consulite Beelzebub deum Accaron, utrum vivere quam de infirmitate meâ hâc. Cui respondit Dominus per Eliam: Nunquid non est Deus in Israël, ut eatis ad consulendum Beelzebub deum Accaron? Quomobrem hæc dicit Dominus: De lectulo, super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris. Descensus erat Ochosias sanus è lectulo, ut verba hæc non obscure docent, et multò clariùs statim, vers. 16; sed quia de valetudinis eventu ab demone sciscitatus est oraculum, hujus impietatis, crepto regno ac vitâ, pœnas dedit. Sic arbitrator victurum Saûlem fuisse, regnumque habiturum esse diutiùs; sed quia ad omnia peccata hoc extremum adject, interfecit eum Deus, et transiit regnum ejus ad David filium Isai.

Quæ profana tempora cum hoc tempore sacro concurrerint.

Hoc primo libro ea continentur, quæ ab Heli sacerdote et Samuele, qui illi proximè in populi præfecturâ successit, ac denique quæ à Saûle, qui primus omnium regium nomen et dignitatem obtinuit, gesta sunt. Cum autem Heli sacerdotis et judicis alibi non inveniantur memoria, licet ad judices pertineat, in Regum tamen librum coactus est, quia illius hoc tantum loco nomen, mores et institutum auditus: sic etiâ illius præfecturæ annos, licet de plerisque eorum nihil hic aut alibi Scriptura tradiderit, in hunc librum et ordinem conferemus. Judicavit autem Heli Israël, iudex

et sacerdos, annos quadraginta, 1 Reg. 4, v. 18, licet Septuaginta illius præfecturam annis tantum viginti definiant. Annis totidem Samuelis et Saûlis imperium circumscriptum est, ut docet Paulus, Act. cap. 13, v. 21. Cùmque Saûlis morte primus iste liber conclusus sit, constat octoginta annorum spatium definiri. Nunc ergo videndum, in quod tempus aut ætatem, aut profanam, quæ hic à tribus hisce principibus facta commemorantur, inciderint. Id quod fecit Magister histor. Scholast. et Abulensis, cum hujus primi libri expositionem absolverunt. Video hæc in re multa esse incerta, obscura vestigia, dubias conjecturas, atque ideò in hæc temporum serie, regionumque concursu nihil certum asserimus, nihil quasi indubitatum definimus; sequemur tamen eos, quibus in hæc re chronologicâ major habetur fides, in quorum numero primus erit Eusebius.

Cepit Heli judicandi populi præfecturam anno ab orbe condito, ut numerat Abulensis in fine hujus libri primi, 2866. Joannes Lucidus 2810. Eusebius 3026. Jacobus Gordonius 2838. Torneius 2900. Eusebius 4045. Quis, quæso, spatia tam disjuncta componat? Quis judicia toto, ut aiunt, celo dissidentia conciliet? Illorum judicia attigisse sat fuerit, conciliare longè esset difficultique negotiû; neque illud mihi in præsentia assumo; alio fortassè tempore tentabo. Tantùm dico, quæ profana tempora in hoc sacrum, ut ita dicam, tempus incurrerint.

Quo tempore judicavit Heli, Ascanius, et ejus frater Æneas Sylvius regnasse creduntur in Italiâ. Nam paulò ante eò appulerunt Trojanani eversâ à Græcis Trojâ, quæ sub Samsone judice tota perit. Hoc tempore contigerunt fabulosa illa, quæ antiquorum impleverunt historias, vel potius poetarum fabulis materiam præbuerunt; qualia sunt, quæ de Æneæ in Italiâ appulsi, de erroribus Ulyssis, de Oreste ac Pylade, de mille aliis Græcorum Trojanorumque principibus, qui Trojana tempora consecuti sunt.

Sub Samuele et Saûle contigere fabulosa plurima, quæ proxima fuere Trojanorum exitio, quibus plena poetarum scriinia. Desinit Sycionium et Micænum regnum, incipit Corinthium. Varia inter Peloponneses Atheniensesque certamina, Codrus pro patriâ, quam victicem fore dederat, si ipse caderet, mortem nitro oppetit, et moriens aliis salutis fuit. Quidam sub hæc tempora vixisse Homerum putant; sed longè videtur fuisse posterior.